



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Dvranivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

GARUMNA.
LaDore
Bogne.

DVRANIVS.

AUSONIVS in discriptione Mosellæ hyperbolicus fingit longè maiora Galliæ flumina ipsi cedere, vt Ligerim, Axonam, Matronam, Tarnem, & Duranium, de quo ait :

Concedet gelido Duranide monte volutus

Amnis.

At Sidonii versus in descriptione Burgi Pontii Leontii carmine 22. multò & apertiùs de eodem flumine loquuntur, quod quidem in Garumna etiam annotavimus :

Est locus, irrigua qua rupe Garumna rotatus,

Et tu qui simili festinus in aquora lapsu

Exis, curvata Durani muscose saburra,

Iam pigrescentes sensim confunditis amnes.

Currit in adversum hic pontus, multoque recursu

480 Pap. Mass. descr. Francia

GARUM Flumina quas voluunt, & spernis
NA. & expedit undas.

At cum summotus lunaribus incre-
mentis

Ipsè Garumna suos in dorsa recollig-
git æstus,

Precipiti fluctu raptim redit, atque
videtur

In fontem iam non refluxus, sed re-
fluxus ire.

Tum recipit laticem, quamvis ille
minore,

Stagnanti de fratre suum, turgescit
& ipse

Oceano, propriasque facit sibi littore
ripas.

At neque Aufonius proprium ei
fluvio nomen, neque Sidonius
vllum peculiare ei tribuit, quod
nec Strabo sub Tiberio facit, eius
tantum aquis Garumnam augeri
scribens. Sed aureum montem in
finibus Arvernorum quinquegran-
diores leucas occupare notissimum
nescientibus esse cupio. Durano-
nam etiam dici à Gregorio nostre
gentis historico lib. 7. c. 28. le-
ctorem moneo. Aimoinus Histo-
ricus l. 1. de Aquitania loquens:

Fluvii

Fluvii quoque, inquit, haud parvi GA-
 nominis in eadem sunt provincia, Ela- RVM-
 ver, qui non multo minor Ligeri eius NA.
 excipitur alveo. Dordonia etiam, qui Dordo-
 ex monte qui Dor dicitur, & est in gno, r.
 finibus Arvernorum, duobus scatu-
 riens fontibus, quorum uni nomen est
 Dor, alteri Donia, qui non procul à
 monte ipso coniunguntur, in Garum-
 nam influit. Praecipuum quidem est
 Durannio, ut quinque populos Le-
 movicensium, Cadurcensium, Agin-
 nensium, Petracoricensium, & Bur-
 digalensium non minima ex parte
 pertingat: Lemovicenses ab Arver-
 nis, Cadurcos & Aginnates à Pe- Bors.
 trocoriis dividens. Durannius Bors.
 itaque proximè ab ipso fonte Bor- Bors.
 tum oppidum, atque alia in Le- Bors.
 movicensi solo sita stagnanti pe- Bors.
 ne alveo pervadit. Hinc Care- Carena-
 nacum oppidum diceceseos Cadur- nac.
 censis eodem fluxu lambens, à Ca- Carena-
 durcis mutato impetu in Petra- nac.
 corios vergit. Inde Solliacum Solli-
 urbem, Sarlatenses agros, & lac.
 oppidum quod incolæ Dumam vo- Dome,
 cant, ingenio loci adversus vim Dome,
 omnem egregiè instructū. Limolinum Li-
meul.

ser. Francia
 it, & spernis
 s.
 unaribus incre-
 dorsa recollit
 n redit, atque
 efluvius, sed re-
 quamvis ille
 tum, turgescit
 facit sibi littore
 s proprium ei
 que Sidonius
 tribuit, quod
 erio facit, eius
 mnam augeri
 m montem in
 quinque gran-
 re notissima
 pio. Durano-
 gregorio nostrae
 7. c. 28. le-
 noinus Histo-
 ania loquens:
 Fluvii

G A-
R V M-
M A.

482 *Pap. Mass. descr. Francie*
dehinc urbem soli prædivitis vber-
tate pascit, ibique....fluviolum
à Lemovicibus exili aquarum la-
psu oberrantem excipit. Exinde
Durannius aquis suis & alienis au-
ctus, liberam navigantibus & faci-
lem præfert rerum venalium facul-
tatem. Nec in exiguo proventu po-
nunt Petracorii copiam ferri, quo
abundant, & ferreas officinas. Nec
fallitur, qui ad illius soli præstantiã
adgregat ingentes silvas, quorum
subsidio tot officinas foveant, vnde
non solum ferrum grave, sed &
æra mentum & aliud vis ferri opifi-
cium per Durannium in alias pro-
vincias auro & argento æra mutan-
tes, transferendum curant. Accedit
quodd hæc ora sicut Lemovieensis,
castaneis aded silvescit, vt non so-
lû incolas hoc edulio nutriat, sed &
gentes longinquas & propinquas
hoc vulgari obsonio reficiat & re-
creet. Quinimo in Britanniam in-
sulam copiosa hæc messis transfer-
tur. A Limolio Durannius in *Lur-*
dum oppidû fonte miræ scaturignis
turri inclusæ famosum vertit. Ab ea
Bergeracum novis extructionibus

Berge-
rac.

r. Franciæ
edivitis vber
... fluviolum
a quarum la-
ipit. Exinde
& alienis au-
tibus & faci-
a alium facul-
proventu po-
m ferri, quo
officinas. Nec
oli præstantiã
ras, quorum
oveant, vnde
grave, sed &
vis ferri opifi-
in alias pro-
to æra mutan-
rant. Accedit
emovienfis,
it, vt non so-
nutriat, sed &
& propinquas
reficiat & re-
ritanniam in-
effis transfer-
nnius in Liv-
æ scaturignis
n vertit. Ab ea
xtructionibus

per Flumina.

483

validissimum, & frumenti, genero-
sique vini, & aliarum frugum co-
piã latissimum immittitur. Hoc au-
tem non tam Senescalli, id est Ju-
dicis Petracoricensis Prætorio,
quàm bellis inter Francos & An-
glos, & maximè victoriã Guesclini
Magistri equitũ adversus Monfer-
rantium Anglorum Ducem anno
1377. inclaruisse videri potest.
Hinc Durannius intra Aginnenses
& Petracorios opimo cultu inter-
scindens, *S. Fidis* Aginnensis pro-
vinciæ oppidum prætervehitur, à
qua peractis circiter octo milliari-
bus in finibus Petraceriorum, ad
Castellionem primam Burdigalensis
provinciæ urbem Anglorum exci-
dio, & Talboti egregii Ducis cæde
memorandam vertitur, ibique al-
ternantis Oceani fluctu perfundi-
tur. Postea relicto à dextra antiquo
& non ignobili *S. Emiliani* oppi-
do, *Liburnium* urbem frequentem
populo & rerum omnium ac mer-
cium peregrinarum copia ex toto
Oceano advectarum pervenit. Ibi
Elia amne adiuncto, qui ex Pe-
tracoriis originem trahens prope

GA-
RVM
NA.

*S. Mi-
lion.
Liburn-
ne.*

L'Isle, v.

GAR-
RVM-
NA.
Cot-
tras.
La
Drone.
r.
Fron-
sac.

Aube-
erre.

484 Pap. Mass. descr. Francia
Cotrasium Drunæ fluvioli ex agro
Lemovicensi labentis, deinde ad
Albani terram, ita appellatam, quod
territorium eius verè & naturaliter
sit colore albū, ferax tamen ac fer-
tile, Petracorios & Engolismenses
interjecto amne discernentis, un-
das sibi asciverat, radices *Fronciaco-*
arcis alluit à *Carolo Magno* extru-
ctæ omnium nostrorum scriptorum
testimonio. *Aimoinus Petracorius*
in vita *Albonis Floriacensis* cap.
18. de *Ella*, deque *Albaterra* *Petra-*
coricæ diocesæ, loquitur in hunc
modum: *Ad Castrum cui Albaterra*
nomen est, cum devenissemus, Domi-
nus ipsius Giroldus apparuit. Porro
nos eadem die qua de Albaterra pro-
movimus, transmeato Ella flumine
una cum beato Elbone in villa qua ad
Francos dicitur, hospitati sumus.
Suscepit nos inibi genitrix mea, me-
morati militis Geroldi consanguinea,
vocabulo Amnetradis, cum quanta
potuit humanitatis exhibitione.

Castrum igitur *Albaterræ* alte
rupi impositum, quæ à maiori-
bus instar lapidicinæ excavata de-
tracto lapide, & relictis duobus or-

diuibus pilarum, quæ veluti fun- GARVM
damenta essent quibus ædificium NA.
niteretur; lumen tantum accipit
à Meridie, id est versus Dromam
amnem, via quâ in oppidum
itur intermedia, estque parochia-
le Templum D..... præter quod
est in eodem oppido monaste-
rium ordinis Benedictini, Salva-
toris nomen habens, Temploque
Canonicorum ornatur. Supra for-
nices autem naturales versus an-
gulum qui in septentriones spe-
ctat, fons est in Templum fluens.
In summa autem rupe Castrum
Vicecomitis pulchro locatum si-
tu visitur. Ad Liburnium redeo,
ita dictam quasi limitem Ellæ si-
ve Illæ fluminis, quod nomen
etiam illi tribuitur, & reperitur
in antiquis membranis Petraco-
riorum. Opus autem est Eduardi
Anglorum Principis circa annum
1286. ad confluentes Duranii &
Ellæ exædificatum. A Fronciaco
in Vairensen arcem inclinatur
iam aliquot seculis dirutam &
iacentem, sed nostra memo-
ria Gorguei civis Burdegalensis

cr. Francia
violi ex agro
s, deinde ad
ellatam, quod
& naturaliter
tamen ac fer-
Engolismenses
ernentis, vn-
ices Fronciaco
Magno extru-
m scriptorum
s Petracorius
iacensis cap.
baterra Petra-
quitur in hunc
cui Albaterra
Semus, Domi-
parauit. Porro
Albaterra pro-
Ella fluminis
in villa que ad
spitati sumus.
rix mea, me-
consanguinea,
, cum quanta
hibitione.
lbæterræ alæ
uæ à maiori-
excavata de-
tis duobus or-

GARVM
NA.

Quæstorisque Regii instauratam. Hinc latioribus ripis auctus Ella, & vadoso per similes æquori, per paludes & æstuaria longo tractu penetrans, factisque aliquot insulis, Cusacum portum ingreditur: ad quem stant geminæ excelso loco turres, tandem ad Occidentem se dirigens, *Burgum* Pontii Leontii attingit, & intra quingentos passus in ipso oppidi aspectu ad promontorium, quod vocant *Beccum* ambarum aquarum, in *Garumnâ* deficit. Est *Burgus* antiquum & validum bello oppidum, à *Paulinis* eius auctoribus ad confluentes horum duorum fluviorum positum: de cuius laudibus *Sidonius* multos versus edidit *Carmine* 22. & inter cætera sic ait:

*Bourg
sur
Mer**Beccum
dambez.*

Hos inter fluvios uni mage proximus unda est,

Æthera mons rumpens, alta spectabilis arce,

Plus celsos habiturus heros, vernamque Senatum:

Quem generis princeps Paulinus Pontius olim.

ser. Francie

.....instau-

us ripis au-

oso. persimilis

es & æstuaris

ans, factisque

acum portum

m stant gemi-

res, tandem

dirigens, Bur-

attingit, &

ffus in ipso op-

omontorium,

um ambarum

mnam deficie-

m & validum

Paulinis eius

uentes horum

positum: de

onius multos

ne 22. & inter

ni mage proxi-

ns, alta specta-

beros, vernam-

ceps Paulinus

per Flumina.

487

Sum Latius patria dominabitur, GA-

ambiet altis

RVN-

Mœnibus, & celsæ transmittent

NA.

area turres.

Tantus quidem ab hoc Durannii ostio Liburniam vsque Oceani æstus intumescit, tantoque impetu præcipitantes se vndas repercutit, æquinoctio præsertim autumnali, vt in ipso æstus primordio scaphas in littore positas evertat, maiora navigia momento in altum evehat, & vasto cum strepitu terrorem & pavidos metus exterius hominibus huiusce rei ignaris incutiat, ita vt attoniti res humanas iterum diluuium commisceri putent. Hunc æstum incolæ *Mascaret* *Mascaret* vocant: tantaque est vis consuetudinis, vt Liburniæ pueri in ipso littore intrepidi hunc æstum libenter & expectent & excipiant. Durannius sui naturâ mucosus est, & parum nitidus, quæ res efficit vt Garumna, qui aquis perspicuis & puris gaudet, nisi cum imbribus & solutis Pyrenæi nivibus prætumidus vix intra margines suos cohibetur, piscium omnium

X. iij.

GARVM NA. copia à Durannio superetur.
 Alit enim multos barbos, lucios, carpiones, alaufas, anguillas, lampetras, salmones, gobiones, sturiones, & aliorum piscium vim infinitam. Honos autem maximus mensarum carpio habetur, quem in Durannio & Ella piscari vulgus solet, ac reperiuntur in eo troctæ singulares. Et id quidem flumen Arari penè parem, aut nihilo maiorem viatores putant.

TARNIS.

Le Tar, **T**ARNIS fluvius, is est de quo Cæsar ait, *Tarnoque amne discreti à Tholosatibus Petrocorii*, & quem Ausonius Auriferum vocat, à Cevennicis montibus perfluens, tanto strepitu & fragore inter confragosa rupium & saxorum loca, per Gabaloscursum dirigit, ut torrentis instar vicinis & terrorem & offensionem pariat. Tandem latior & le-